



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 14. Ciceronis locus, quem Silius eleganter imitatus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

litudine vsus est, sumpta à ludo XII. scriptorum, his  
 verbis: *Αλλὰ μὴ κ', ὡς περ πεπρωτων, ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις  
 ἀναθέσθαι, π βέλει ἢ εἰρημένον, ἵνα μὴ οἷη ἐξ απατάδης.* quæ  
 summi philosophi verba cùm à summo oratore Ro-  
 mano in Latinum sermonem elegantissimè conuersa  
 reperissem, non indignum id putavi, quod annota-  
 rem. Citat igitur hæc Nonius Marcellus è Ciceronis  
 Hortensio: *Itaque tibi concedo, quod in XII. scriptis sole-  
 mus, ut calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet.* Mar-  
 filius autem, qui locum illum Platonis ad ludum ta-  
 lorum retulit, falsus videtur. Sed & in illo è Protago-  
 ra, *Αλλ' ἐπὶ κ' ἂν ἀναθέσθαι ἐξέστιν,* & in primo πολιτείᾳ,  
 ubi Polemarchus, aliter amicum & inimicum defini-  
 re volens, quàm prius fecerat, ita loquitur: *Αλλὰ μετα-  
 θάμεθα. κινδυνόμεν γὰρ ἐκ ὀρθῶς ἢ φίλον κ' ἐχθρὸν θείσθαι:* &  
 alius similibus locis, facillè crediderim, metaphoram  
 ex eodem illo XII. scriptorū ludo desumptam subesse.

*Ciceronis locus, quem Silius eleganter imitatus est.*

CAVIT XIII.

SILIVM Italicum poëtam, meo quidem iudicio,  
 præstantem, Ciceronis apprimè studiosum fuisse,  
 eiusque libros diligentissimè atque assiduissimè lecti-  
 tasse, non modò Martialis, qui eius coæuus fuit, te-  
 stimonio cognoscimus, sed multo magis ex eo intelli-  
 gimus, quòd eum multa Ciceronis in poëma suum  
 transtulisse, eaquæ scienter admodum accommodasse  
 ad illa, quæ tum tractabat, videmus. cuius rei exem-  
 plum hic vnum proponere libitum est. Libro igitur  
 septimo, cùm Q. Fabius Annibalem ludificando, &  
 cunctando, & bellum trahendo frangeret; Romani-  
 que milites pugnae auidi, & conserendarum cum ho-  
 stibus manuum ingenti desiderio incensi, quidquæ

D 2 moræ

Ant. Mureti  
 Varie Lectiones  
 LIII  
 25

mora proficeretur, nescientes, imperatorem suum, tanquam ignaum, & vt Horatius loquitur, inaudacem, summa verborum immoderatione increparent: iamque sublato clamore, iniussu ipsius rem gerendam esse vociferarentur: graui oratione furentem illorum impetum repressurus Scaevola, ita exorditur, vt dicat, nunquam sibi Romanos in tanto discrimine summam rerum tradituros fuisse, si se talibus clamoribus turbatum iri credidissent:

*Feruida si nobis corda, abruptumq; putassent  
Ingenium patres, & si clamoribus, inquit,  
Turbari facilem mentem: non vltima rerum,  
Et deplorati mandassent Martis habenas.*

Cicero quoque in ea oratione qua C. Rabirium perduellionis reum protexit & eripuit, cum quiddam paulo confidentius dixisset, clamor que concionalis secutus esset: *Nihil me, inquit, clamor iste commouet, sed consolatur: cum indicat, esse quosdam viros imperitos, sed non multos. Nunquam, mihi credite, populus R. hic, hic qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum mihi arbitraretur.*

*Quodnam sit verbum illud Graecum quo vsos esse Athenienses in discordiis sedandis ait Cicero in Philippicis.*

• CAPVT XV.

**V**ERBUM Graecum, quo in sedandis discordiis ait Cicero vsam esse Atheniensium ciuitatem, non est, vt opinor, ἀμυσία: quanquam ab omnibus qui eum locum attigerunt, ita esse traditum scio. neque me mouet, quod Plutarchus ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀγγελλομασ scitum illud vocat τὴν ἀμυσίαν ψήφισμα: quodque alij scriptores Latini idem confirmant. neque enim nego ita eam legem postea vocatam esse. at verbum ipsum,